



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epistole tres// beatissimi Pauli ap[osto]li**

**Paulus <Apostel, Heiliger>**

**Monasterii, 1519**

**VD16 B 5119**

Jncipit Argume[n]tu[m] in epistola[m] ad Philippenses

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71283](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71283)

**I**ncipit Argumentū in epistola ad Philippenses

**P**hillipenses sunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis  
perstiterunt in fide. nec receperunt falsos apostolos. Nos collau-  
dat apostolus scribens eis a Roma de carcere per Epaphroditum

**E**xPLICIT argumentū Incipit epla Pau. ad Philippenses

**P**aulus et Timotheus serui Iesu Christi omni-  
bus sanctis in Christo Iesu. qui sunt Philippis cum  
episcopis et diaconibus. Gratia vobis et pax a deo pa-  
tre nostro et domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo in om-  
ni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro  
omnibus vobis cum gaudio deprecationis faciens super comunica-  
tione vestra in euangelio Christi a prima die usque nunc confidens  
hoc ipsum. quod cepit in vobis opus bonum. proficiet usque in diem Christi  
Iesu. Sicut est mihi iustum sentire pro omnibus vobis.  
eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis et in defensione  
et confirmatione euangelii. socios gaudii mei omnes vos esse. Testis  
enim mihi est deus. quanto cupiam omnes vos esse in visceribus  
Iesu Christi. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis  
abundet in omni scientia et in omni sensu. ut prohibeatis potius  
ra ut sitis synceres et sine offensa in die Christi repleti fructu  
iusticie per Iesum Christum in gloria et laude dei. Scire autem volo  
vos fratres. quod que circa me sunt magis ad perfectum vene-  
runt euangelii ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in  
omni portio et in ceteris omnibus. ut presens et frater in domino. confiden-  
tes in vinculis meis. abundantius auderent sine timore  
verbum dei loqui. Quidam quidem et propter inuidiam  
et contentionem. Quidam autem et propter bonam vo-  
luntatem Christum predicant. Quidam ex charitate. scientes quod